



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque**

**Bonifacio, Juan**

**Ingolstadii, 1606**

Liber Tertius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51159](#)



# DE SAPIENT FRVCT VOSO.

*Liber tertius.*

CVIDAM MAGNO CONCI  
natori.

*De prudentia illius, qui verba fac  
populum.*

**M**AGNUM est & difficile tamen quod  
tibus cæteris vnum loqui, etum  
que illa, quæ præstare bene esse  
debet orator, ut doceat, ut delectet, in hono  
moueat, semper efficere. Nam puli vi  
cionandi munus, quod genere tamquam  
ponderosum, & graue est, auditor vtilis,  
ingenia varia atq; diuersa, hominique va  
fastidia ita implicarunt, atq; impletis, ali  
runt, ut vix, ac ne vix quidem, velque op  
erari possit expedire. Accedunt depra  
mores, quæq; ex corruptis moribus, quæ  
falsæ opiniones, erroresq; nascunt schola

qui de ratione concionandi tā multi  
hominū animos, ac métes puaserunt,  
unter sanos insanis non modò locus  
Tiam sit, sed dignitas etiam, honor, &  
plausus'. Quam pestem concionato-  
rum quorundam ambitio peperit, po-  
pularisque leuitas, & stultitia confir-  
mavit. Qui enim seria admonentes,  
& in Apostolicorum doctorum vesti-  
gii pedem statuētes placere se po-  
pulo posse diffiderent, deuium quod-  
dam dicendi genus sequuti nihil mi-  
ile tamen, quam audientium salutem & fru-  
tum quæsivierunt. Quam oratio-  
re bonem complexa multitudo est, illeque  
electi in honore esse cœpit orator, qui po-  
Nam populi viciis, & peccatis indulgeret, e-  
nere tamque delectationem afferret, quæ  
auditorialis, & fructuosa non esset. Tantum-  
omnique valuit error, ut cùm alia in tem-  
impeplis, alia in gymnasiis explanari, tradi-  
e, velque oporteret, tamen ille bonus esse  
poterat existimaretur populi magister, & do-  
depractor, qui in communibus suggestis  
mon questionem è media Theologorum,  
ascun schola petitam in utramq; partē agi-  
taret;

Q

taret;

taret: eaque diceret, quæ omniū  
men, ingeniumque fugerent.  
quæ à vitiis deterrere, ad virtutes  
flammarē solebat oratio, seruire  
bus cœpit, & à suo vetere curriculo  
clinauit. In nostra autem Hispania  
quæ adeo inueterauit hic morbus  
nullus medicinæ locus relietus  
videatur.. Quot enim sunt con-  
natores, tot hominum voluntates  
videmus esse sententias'. Ex quo  
citur, ut vel inerudit, inepti, ap-  
batores habeant, quorum partim lex lo-  
su, partim applausu dicere per-  
runt: illique parum secundo populo  
dicant, quorum neque vim, ne  
eruditionem, copiamque deside-  
mos quod  
Ergo in his quasi ventis, & in hac id est  
populari prudens quærendus re-  
prædictus, cuius in aduersa tempestate gios Pho-  
genij lumen eluceat, solertia et ologia  
cernatur.. Nil enim aliud remedii Sacrae  
perest in hac tanta perturbatione fons e-  
rum, & morum corruptela, nisi quis hi-  
boni concionatoris prudentia et ritos, et  
parauerit, atque prouiderit. Qui es minimus  
&c

& opinionum prauitates concionum-  
que adulteria consideret, & concio-  
nandi necessitatem animaduertat,  
ita se profecto geret, ut neque homi-  
num saluti desit, neque illa populo  
non det, quæ concedenda esse videan-  
t. Quare videat concionator pru-  
dens quatenus progredi in oblectan-  
do, mulcendoque possit, vt & fasti-  
nates dia tollantur, & vitia nihilominus cu-  
rentur. Quid dicas, scientia suppedi-  
q; appetat, & ampla illa rerum quasi supel-  
lex longo vsu, discendiisque assiduitate  
perf; collecta. Quo modo, quam diu, quan-  
do dicas, prudentia docet, & callida-  
mentis, ac cauta prouisio. Literatissi-  
mos quidem viros concio desiderat,  
hac id est diuina, humanaque doctrina-  
us re p̄ditos, valentes dialecticos, egre-  
statis Philosophos, in disputantis The-  
ologiae scientia multum exercitatos,  
medi Sacrae scripturæ, vbi diuinæ sapientiæ  
fons est, p̄claros interpretes, gna-  
nif; ros historiæ, naturæ secretorum pe-  
titia ritos, syderum contemplatores, rerū  
Qui et minimè rudes & urbanarum, & etiam  
&c.      Q. 2      belli-

bellicarum. Hæc in eo viro reperit  
qui nil temerè affirmare, nil ingelma  
exordiri, nil intempestiuè aggredi, tanque  
leuiter gloriari soleat, nil superuacanari  
neum, nil alienum, nil dicat immuere,  
sum, nihil omnino gratiæ tribuat, quam  
hil odio, nihil inuidentiæ, nihil do quæri  
concedat, tantæ erunt dignitatis, & frugifer  
ta loci illius authoritas est: cuiusq; mus.  
ratio chartarum, & pilæ ludos incertim  
cionem induxit, amores, facetias, semin  
niaq; finxit, & eas nugas, quas tu exi  
flere pro ista virtute, & seueritate tem  
les, ego pro hac non hilaritate, sed cariter  
uitate ridere. Sed quis se in tanta cum a  
titia, stupore, & peruersitate contumib  
at? neque tamen crimen deriuabo animi  
crymas enim, non risum hæc monscripto  
deposcunt. Est ergo Christianæ p. quæ a  
dentiæ habenda gratia, quæ huius mand  
di vitat ineptias, eaq; feligit ex lib. omne  
quibus & mens erudiri, & voluntas varia  
fici possit. Probationem idoneam adiuu  
sensio consequitur, iisque allatis, & admic  
stensis, quæ suapte natura enitentes, nima  
sine oratoris affectibus auditor et teface

repen dicit. Estq; in concionatore nostro  
il inq vel maximum, vt tum flectat, impel-  
gredi latque animos, cùm id minus velle, &  
peruconari videatur.. Nam docendo mo-  
immuere , & mouendo docere , ac nun-  
quat, quam non delectare , illius est; quem  
nil dol quærimus , quemque fructuosum,,  
catis, frugiferumque sapientem nomina-  
iuisimus'. Nam rationibus, argumentis,  
s in testimoniisq; afferendis persuasionis  
tias, semina iaciuntur tátò meliora , quan-  
uas tu to ex illis maior fructus existit. Vt au-  
ritatem concionandi bonus artifex salu-  
re, sed tariter dicat, diu & multum cogitare  
canta cum animo debet, quæ sint illa tandem,  
con quibus tractandis atque exponendis  
iuabo animi soleant inflammari. Ergo ex  
mon scriptoribus illa tantùm delibabit,  
anæ p quæ ad mores corrigendos, confor-  
madosque pertineant, suamque  
ex lib omnem sapientiam, eruditionemq;  
lunc variam ac reconditam ad homines  
neam adiuuandos conferet, & salutariter  
admonendos: quæ fenestram vel mi-  
nimam laxioris, solutiorisq; vitæ pa-  
tor et tefacere posse videbuntur, ea ne cogi-  
de  
**Q** 3      tari

tari quidem populo sinet: quæ etiam  
cris doctoribus, quæ ex Theologis enim a-  
centioribus, ex Philosophis, ex his san-  
riis, & antiquitate perdidicit, ad eiusde-  
rum, qui audiunt, utilitatem, integrum  
tatemq; morum omnia referet, & logum  
cionemq; suam ad hanc regulam endu-  
ret. Nam concionatoris cautio non nihilq;  
cautio est, nihilq; suis debet propina Aposto-  
conuiuis, quod non ipse multò am signifi-  
gustarit quale sit, caueatq; ne pro teatur  
lutari poculo mortiferum venenum auditu  
populus hauriat. Quamobré de laude  
pulis nihil erit sigillatim disputandum quæ  
nec de libidinis, aut furti generi sump-  
nominatim differet grauis concios ebulli-  
tor & prudens, ne non tam obiurga noua  
quam indicare videatur, dormia in que-  
temq; ut aiunt, exsuscitet, & ex labore  
somno depellat. Hæreses quam breviter redi-  
simè sunt, & falsissimè cōfutandæ, eiseg  
enim vel contagio, vel certè cogita-  
facilis, q; exhibet sèpè negotium, m; quen-  
tesq; sollicitat, quarū est tranquillus simili-  
& paci maximè consulendum. Qua-  
bet, si cuique conueniens, etiam aqua  
guap

*Hereticos  
obruere,  
sc̄q; ipse in  
fide stabili-  
lire & fun-  
dare qui  
volent, Ro-  
berti Bel-  
larmini  
controver-  
sias legat,  
amplius  
quod desi-  
deret, nihil  
erit. Equi-  
dom illius*

etiam perpendere orator debet, alia scripta legens semper excludit, ad eiusdemque sententiae testem magnum inter illum Gregorium cognométo Theologum citat. Sed nihil est tam fugiendum, quam arrogantiæ, iactatione non nique suspicio. Quocirca nunquam opina Apostolicum concionatorem se esse significet, veritatis amatorem profiteatur, nec cupere se ostendat, ut ab enemis auditoribus vir sanctus habeatur, non deinde laudet eos, qui se auditum venerunt, ut ad quæ ex sacris literis, doctoribusque enim sumpfit, immoderatus ne venditet, concio ebulliat, extollat, amplificet, neque iurgenoua & exquisita se dicere glorietur, formam in quo sinceri quidam simplicesque & exim. labuntur, quos admonere necesse est, cogitare admodum paucos, quos ita loquentes candor expurgat, & mirabiliter simplicitas. Optare concionator debet, ut illo Esaiæ ignito calculo linea purissima, mudiissimaque reddatur,

*In Pastoræ  
prologo. 3.  
partus.*

*Cap. 6.*

Q 4      qua

*Plutarchus  
in lib. de  
Audiendo.*

qua lingua Bias ille Philosophus <sup>vt sacri</sup>  
& melius, & peius esse dicebat. <sup>O sensus</sup>  
lidos, callidos inquam & candidos <sup>ex int</sup>  
cri verbi cupio esse præcones, circu <sup>tur ess</sup>  
spicereq; omnia, sapientibus, ins <sup>pora;</sup>  
entibusq; consulere, cui tu offici <sup>diuini</sup>  
muneri cumulatè satisfacis<sup>3</sup>. Val probe  
viue, qui te & serpentem, & colu <sup>lumlo</sup>  
bam præstas<sup>2</sup>.

PATRI FRANCISCO RIBER

*De studio sacrae Scripturae.*

**V**A RENTI mihi quid po <sup>miliar</sup>  
simum ad te scriberem, <sup>nit, sa</sup>  
**Q**mentem venit de istis tibi <sup>manu</sup>  
diis, deq; minorum Prophetarum <sup>clean</sup>  
curatissimis commentariis gratula <sup>patur</sup>  
quod mirificum opus; quia prelon <sup>lum a</sup>  
dari coeptum est, diu expectari <sup>sed m</sup>  
potest, sed Christo auspice, in om <sup>ligion</sup>  
manus, sensusq; breui perueniet, <sup>ran</sup>  
tumq; suum liber ipse testabitur, cu <sup>plana</sup>  
confectio illis, qui eruditius conc <sup>tem l</sup>  
nantur, maximam est utilitatem al <sup>esse p</sup>  
tura. Qui enim verba facit ad pop <sup>merc</sup>  
lum, eum oportet esse doctissimum <sup>munc</sup>

husnū vi sacræ Scripturæ multiplices illos  
sensus exquirat, norit, explanet, illa  
ex interpretibus eruat, quæ videan-  
tur esse meliora, literæ inhæreat, tem-  
pora, & atatesque perdiscat, nihil non:  
offici diuinis testimoniis, verbisque com-  
probet, auditoribus dubitandi nul-  
lum locum relinquat. Quid enim illo  
sacri verbi præcone maius, qui Græ-  
& Hebraicæ linguae non ignorarū,  
antiquitatis studiosus, in Theologo-  
rum libris volutatus, diui Thomæ fa-  
miliarissimus, qui neminem errare si-  
nit, sacras literas nocturna, diurnaque  
manu versat, & in iis intelligēdis, enu-  
cleandis, ad verbum ediscendis occu-  
patur? Et hæc quidem studia non so-  
lum acumen, industriam, laborem,  
sed multo etiam magis puritatem, re-  
ligionem, sanctimoniamque deside-  
rare. Sanctum enim spiritum ex-  
planatorem, magistrum, & interpre-  
tem habent diuinæ literæ, cui nihil  
esse potest cū tetricis, sceleratisq; com-  
mercij. Hac adhibita animi, mentisq;  
munditia in sacræ scientiæ studio san-

Q 5      Et illi

Et illi Patres tam longè processerunt Theodosius qui eorum libros legerint, nihil optulerunt ignorasse, nihil omisissè fateri que sygantur. Hæc Athanasium, hæc Crator, prrianum, hæc Basilium, hæc Hierosimum, hæc Ambrosium, hæc munus eiusq; ante Dionysium, Dionysiiq; praetextorem Hierotheum, hæc Augustinum, hæc Nazianzenum, hæc dicitus Cyrillos, hæc Chrysostomum, hæc quis est trumq; Leonem, hæc Gregorium autem hæc Damascenum, hæc Bernardus est, ut hæc Thomam, hæc Bonaventuram infinitum. hæc innumerabiles alios erudiuit. plantum que idem sanctus Dionysius Areopagita huius & puritatis & sapientie testimonium dat, quem proprium est ille voluntate animi innocentiam, ac morum integrityatem ad diuinorum rerum contemplationem fuisse dicit apertissimum. Qui igitur proficere in diuinorum studio volunt, cum ab omnibus flagitiis puri, tum maximè ab angustia & elatione esse debent alire. Nec est tutum, Climacus ait, cum vestimentare, nec cum perturbatione aliquam.

*Gradus 27.*

•

*In Epistola  
ad Demo-  
philum  
Monachis.*

essen Theologiam adire. Deus namque  
nihi Opt. Max. simplicibus se impertit, at-  
tateris que synceris, humaniq; generis libe-  
hæc rator, & vindex Christus æternum,  
Hierosum parentem æternus ipse laudat,  
Matth. cap. 11.  
ec me eq; gratias agit, quod se submissè ge-  
; prætentibus arcana patefaciat, & regni  
Aug. secreta coelestis aperiat, cælet arro-  
nac dantes, illisq; abscondat, & occultet,  
n, ha quis esse sapientes arbitrantur. Hæc  
orium autem animi summissio in illis ferè  
nardus est, vt diuo Gregorio placet, qui D E I  
ituram infinitam sapientiam assidue cōtem-  
liuit plantur. Quoties enim Deum contue-  
Areo bimur, toties de nobis infimè sentie-  
ntię mus. Hoc docere nos voluit magnus  
propt ille vates Ezechiel, qui vidisse se ait, Cap. 1.  
um in animalia quatuor, quæ incredibili ad  
um con volandum celeritate prædita cæli-  
fissimum tus audita voce alas depresso-  
arum runt. Hoc autem Ezechielis visum ita san-  
omni stus Gregorius interpretatur, vt to-  
ab am tam obscurissimi Prophetæ figuram,  
ntal in Euangelicos concionatores conue-  
m ve nire dicat, qui scientiæ opinionem,  
ne aliqu minuant, simulatq; supremi illius ma-  
The gistrī

Homil. 8.  
in Ezech.

gistro sapientiam cum animo cogit quam  
cooperunt. Nemo enim in diuinam stamen  
rerum cognitione progreedi longe conatur  
solet, quam qui sese arbitratur intelliga-  
ctum. Declarauit hoc nuper rufidicent  
na illa mulier, cui sanctissima vita possit  
genti multa sunt ostensa diuinitate di-  
Nam de Deo trino & uno, de diu illam  
natura, de personarum propriis summi  
bus, de altaris sacramento sic aliter cogniti  
verè, sic acutè, sic etiam perspicue nobis  
quebatur, ut me vidente magni que  
ctores obstupestarent, sequentes longe diu  
feriores faterentur.. Sed de huius visendi  
mirandæ fœminæ, quæ Abulæ sepius arden-  
tias iacet, dictis, & factis aliud fortasse endu-  
ad te scribendi tempus". Qui igit mur-  
& doctè volent, & utiliter concionant  
sacram scripturam diligenter euoluunt nulla  
atque ita viuant, ut Dei esse discipuli ille G  
possint, nihil enim vel ad fidem fa-  
dam firmius, vel ad permouendam dixit  
homines fortius ac valentius, vel  
delectandum accommodatius, vel  
mores informandos oportunius,  
ad ægritudinum leuationem melius  
que

cognitum liber ille diuinus utrumque te-  
uinan stamentum complectens'. Hunc con-  
longator amet, hunc legat, ediscat, in-  
tutus intelligat, itaque memoriae imprimat, ut  
rufidienti, testanti, citanti mens nunquam  
in vita possit effluere. Mentis tenebras liber  
uiuimus ille dispellit, ac dissipat, diuinamque  
de diu illam naturam nobis ostendit, in qua  
oprius summa sunt omnia. Quae nemini  
sic alia cognita esse potuisset, nisi se Deus ipse  
epicureus nobis benignissime patefecisset. Ita-  
magnitudine iis lectis, quae de cælesti illa ciuita-  
longe diuinæ nobis literæ prædicant, illius  
huius visendæ mirum nos desiderium tenet,  
et sep[tem]ber ardemus, incendimur, totoq; ad fru-  
rtasse endum, & potiendum impetu rapi-  
qui igit[ur] mur: crucis & asperitatis iter illud iu-  
niorum condum esse credimus, quo confecto  
euolu[n]da nulla reliqua futura sit cura. Magnus  
discip[ulus] ille Gregorius sacram scripturam quā-  
dem fidam præpotentis Dei ad nos missam  
quendam dixit epistolā. Quo nil esse grauius po-  
s[sum]s, vel tuit & verius. Ut enim familiares ami-  
corū literæ, quibus se vicissim cōsalu-  
nius, melius genus reiiciunt: querelis cōstant, gra-  
tula-

*Lib. 4. epi.  
Stola. e. 84.*

tulationes habent, spes afferunt, tūspō  
midines proponunt, laudant, vitr  
rant, condolent, indignantur, hor  
tur, dissuadent, ita sacri libri qua  
re, pro loco, pro tempore & scire tibi de  
facere nostra refert, omnia perseq  
tur, nullumque quod necessariu  
sit omittitur argumentum. Insta  
nim speculi habent diuinæ literæ  
quod inspicientes nostra vitia po  
mus agnoscere: vitamque & more  
illorum, quos illic legimus, norma  
& regulam conformare. Morbor  
autem remedia ex hoc eodem lib  
tanquam ex narthecio depromo  
tur. Quem librum sacer Hieron  
musei pheretro similem dicit, in q  
vidua mater vnicum filium rece  
viuum. Quæ enim tanta esse inu  
tudo potest, cui ex sacris literis me  
cina non existat? quæ tam pestilen  
& fœua mors, quæ non vertatur in  
tam? Recte viuendi & exempla  
& pcepta ex sacris voluminibus ha  
rimus velut ex fontibus. Pauper  
tem amas! sacra Biblia quantū hac v

*In epistola ad  
Tulisanum.*

unt, si tu possit, ostendent. Placere tibi hu-  
t, vita militas incipit? ab eisdem disce, qui-  
, horbus ad eam sis gradibus ascensurus?  
i qua Cœli desiderio commoueris? multa  
& scire tibi de beata vita, quæ bonorum o-  
erseq mnum suppeditatio est nullo inter-  
ssari uentu malorum, sacræ literæ nun-  
ciabunt. Inferorum times cruciatus?  
Insta litera eos quoque tibi monstrabit hic liber.  
tia pu Vis esse benignus, egentibusq; succur-  
mors rere? nulla non te pagina hortabitur.,  
norma & currentem incitabit. Siue res sunt  
orbon prosperæ, siue aduersæ, Deo te fide-  
em lit lem preſtas? felicissimè cum illis actū  
orom esse reperies, qui diuinam legem san-  
Hieron stè coluerint, neque ex euentis pen-  
t, in q dere voluerint: sed quid moror in sin-  
gulis? cùm quæ expeti, desiderarique  
reinu possunt, omnia è sacris scriptis mo-  
numentisque promantur. Quamob-  
rem sanctus Hieronymus Lucinum,  
hominem Hispanum non tam se mi-  
temple rari dixit, quod misericors & benign⁹ *In epist. ad  
bus ha Theodora.*  
aupen effet in pauperes, quām quod diui-  
norum scripturarum studio flagra-  
ret, & hoc sancto augustoque fonte &  
hæc suam,

suam, & omnium Christianorum cione  
tim expleri cuperet. Cuius ego versit  
thoritatem, iudiciumque comple luden  
tibi ex animo gratulor Hispano L institu  
no, & quod lucem rebus obscuris manis  
tuleris, & quod omnes ad eruditè studios  
sapienter concionandum hortancis in  
Vale.

E I D E M,  
*De ineptis concionibus fugiendis.*

**M**IRARI satis nequeo Francum que b  
optime illiteratā quorundam in  
concionem, ineptam, ieiū cōlō  
sanguinis, succīque expertem, nil gradie  
neque à sacris literis, neq; à sanctis dedit.  
ctoribus mutuantem. Quis enim se tempe  
nugas, & somnia veteris concionis, prab  
ius adhuc in urbibus, non modò operatio  
dulis mansere vestigia? Sunt quidē ptoris  
concionum commenta magna tarum  
parte sublata, stultaque & ridenda verba  
tutis ornandæ, suadendæque rebunt,  
plurimum obsoleuit, eoque turpis scient  
videri debent, qui reliqui ex illa Hiero  
quorum barbarie fœminam pro de mea

orum cione vestiunt, parentem illum vni-  
s ego versitatis Deum aut chartis, aut pila-  
mplic ludentē faciunt, certamen armorum,  
no L instituunt, choreas ducunt, de hu-  
scuri manis artibus & membris lentē & fa-  
udite stidiosè philosophantur, sunt in phy-  
mortan sicas infiniti, ex anilibus fabulis, & ex  
ludis puerorum fructuosiores sensus  
frustra conantur eruere, naturales (sic  
enim appellant) citare non desinunt,  
endu. cū nil illa sit historia mendosius, ea-  
Frano que bestiis, siue natantibus & aqua-  
orundrum incolis, siue volucribus, liberoq;  
n, ieu cœlo fruentibus, siue serpentibus, siue  
n, nil gradientibus tribuunt, quæ natura nō  
anc̄i dedit. In Astrologia etiam, in historia  
nim se temporum, in annalibus ridendos se-  
cionis præbent. Illa enim dicunt, quibus aut  
dò op̄atio ipsa repugnat, aut nulla boni scri-  
quide p̄toris authoritas suffragatur. Prophe-  
tia magna carum, Euangelij, & Apostolorum,  
lenda verba quasi machinis quibusdam tra-  
que n̄ hunt, veterisq; testamenti figuræ in-  
turpi scienter accommodant. Quam rem  
illa Hieronymus his verbis exagitat: Taceo *In Ep̄st. ad*  
*pro de mei similibus, qui si forte ad scripturas Paulinum.*

R san-

sanctas post seculares literas venerint; ridicu  
sermone composito aurem populi mulieris luce p  
*Vide mira-*  
bilem locū quidquid dixerint, hoc legem Dei putabus ec  
cīusdē Hie- nec scire dignantur quid Propheta, concia  
ronymi in Apostoli senserint, sed ad suum seniblandi  
comment. in incongrua aptant testimonia, quasi g̃ramen  
de sit, & non vitiosissimum doni cōma  
genus deprauare sententias, & ad auorū  
luntatem suam scripturam trahere, orationē  
repugnantem. Hæc Hieronymi rum fr  
Prudentes mi Francisce viros con possum  
desiderabat, laboriosos, serios ad infantia  
nitores, sanctorum Patrum libenter  
inhiantes, quorum in scriptis nil minus  
tidum est, nil puerile, omnia grau nostra  
seuera, pulcra, fructuosa, salutaria na  
cælo, quam terræ propiora. Quæ terri  
di igitur concionatores sunt, non misera  
qui suas cogitationes populo narrando  
illorum more, qui nos uno aut alteri sicut  
seculo sunt antegressi: sed qui ex næan  
uinis literis, sacrisque doctorib[us] doctis  
multa eruant, ac desumant, eadē et  
verè, sapienter, & sancte pertractantes  
vitia extirpent, inferantque virtutē rechā  
Cōcionatores enim vel leuiculos, dis  
ridicu

erim, ridiculos nostra hæc ætas clariore iam  
nusserit luce perfusa, Ecclesiæque calamitati-  
bus edocta non patitur. Etsi enim  
etæ, concionis partim figmenta, partim  
m sensiblamenta multitudo non respuat,  
iusti guttamen sapientes, quorum Dei benefi-  
cio maior est numerus, quam patrum  
ad avorumque nostrorum memoria fu-  
traherat, oratoris aut parum grauis, aut pa-  
onymum fructuosi concionem ferre non-  
possunt. Atque utinam quo tempore  
os ad insinare Lutherus coepit, hæc lux esset  
in libris interris<sup>2</sup>. Quas enim spurcissimi ho-  
nis nil minis (si homo ille dicendus est, qui  
a grauia nostra in effigie truculentissimæ be-  
atuam istæ naturam gessit) error ille funestus,  
Quæ tetricimaque lues in hominum ani-  
matis, nimis radices agere potuisset, si exulti-  
o nam doctrina viri ab ipso principio resti-  
aut alii tressent falsitatisq; veneno sanæ doctri-  
ni exæ antidotum obiecissent? Non Italia  
etoribus doctis hominibus ut nūc, sic illa flore-  
rit, erat etate, nō Germania clauā Hercu-  
laenam, qua monstrum illud confice-  
vit, retinet, habuit eruditionis pietatisq; no-  
culos, dis grauem atque terribilem: non  
ridiculos.

R 2 Gallia

Gallia decantatos illos suæ Lutetiae  
risiorum magistros in fidei hostes  
mare potuit, qui ipse cùm neque  
philosophiam, neque Theologiam per-  
etè didicissent, sed quasdam disputa-  
di persequerentur argutias, omnes  
ætatis tempus in captiosis argumen-  
tionibus frustra contererent, canes  
mutos in tanta luporum inuader-  
um rapina, & vastitate præbuerunt  
nihil de nostra queramur Hispani  
quæ cæteris prouinciis longè rudi-  
continens cum Mahumetanis bellum  
excusat, quos omnia vastantes ac  
turbantes à sui regni non modof-  
bus, sed etiam medullis, ac viscera  
repellebat. Sed vexatae, & afflita  
lebriores Europæ prouinciæ accep-  
malo resipuerunt. Ex quo etiam  
etum est, vt sapientiores in discon-  
simus, quam concordes fueramus:  
namque multis in locis Germania  
erexit, & confirmauit, vt in fidei &  
ligionis hostes multa eruditionis  
virtutis tela coniiciat: barbariæ son-  
absterfuit Italia, illamque copiose e-  
quent:

quentem sapientiam longo interuallo intermissam reuocauit, se se Gallia expoliuit, quam pestilentia non attigit: nostrique Hispani literatae virtuti operam sedulò nauant, quæ & pietatis custos est, & humanitatis effetrix. Ex quo etiam factum est, ut concionatores genti nostræ non desint illis valde similes, qui quondam in Christi Ecclesia floruerunt, quos inter & sophistas, id est, Rhetorico artificio vententes hoc maximè interest Philone teste, quod sophistæ aurium oblectationis seruiunt, qui verò in Alexandrina ecclesia ab Euangelista Marco fundata concionatorium munus obibant, sententiarum pondere, ut ipsomet Philon scribit, mentes, & corda rapiebant. Quod fieri sine exquisita doctrina, & sine mentis ardore non potest. Etsi enim, quæ exponi populo debent, inaudita non sunt, (vitia enim funditus eiicere, virtutes intromittere Christiani oratoris est proprium) illaque dicenda omnino non sunt, quæ subtiliter magis, quam utiliter disputantur

R 3

tantur

Lib. de Gita  
contempla-  
tiva.

tantur, tamen quæ quotidie dici  
cesserunt, eruditionis & orationis  
bent sale condiri. Habet Franciscus  
stram de concionatoris doctrinam  
& eruditione sententiam cum tua  
rificè congruentem: nihil enim tam  
displacet, quam imperita concio,  
ius duas esse causas reperio: aut ea  
qui doctis auditoribus nūquam  
facit, ineruditus concionator est,  
ignauus & piger: vtrumque vitiosum  
turpe, dishonestum, & eo munus  
indignum, quod omnibus anno  
cellit. Scio quantopere stomachis  
siquem videoas in suggesto consi-  
stere, cui illa ad dicendum prae-  
desint, sine quibus nemo aut prodi-  
populo potuit, aut se probare sapientibus.  
Non te furtiva concio delectat,  
non inepta imitatio, non illorum  
ueritas, qui quod tempus in addis-  
da Theologia, inque Philosophia  
gnoscenda consumi oporteret, in  
orum describendis concionibus  
nere solent: cumque magistri ipsi  
gitos in fontes intendant, ad eorum

admonitiones obsurdescunt, riuulos  
colectantur, seq; perbeatos existimāt,  
si commentariolos variis concioni-  
bus refertos circumgestent. Non esse  
quidem vna omnium eruditio potest,  
non par ingenium, atque idem, sed ta-  
men pro sua cuique facultate conan-  
dum est, vt ex diuinis literis, sanctisq;  
doctoribus sumat, quæ dicenda sunt.  
Sic enim fieret, vt se magis magisque  
quotidie concionator excoleret, &  
in allegandis scriptoribus posset esse  
constantior... Nil enim tam dedecet,  
quam authores testificari, quos nun-  
quam legeris, librariisque fidem ha-  
bere, quibus nihil solet esse corrupti-  
us. Non equidem furti illum conti-  
nuo arguerim, qui rerum, quas concio  
desiderat, locuples ipse per se bonos  
concionatores imitatur, præclarique  
alicuius oratoris sententias usurpat,  
quas fore salutares sperat. Qui e-  
niam alienis pro suis vtitur, fur est, qui  
vero nil sumit aliunde quin perpen-  
dit, exornet, illustret non fur, sed imi-  
tator est optimus. Ergo concionatore

R 4 opus

Ecce ego ad  
Prophetas  
aut Domi-  
nus, qui fu-  
rantur ver-  
ba mea.  
teremus

23.

opus est, qui & per se sapere, & inuiditie  
nire, & disponere, & inuentis uti profi-  
vel aliena, vel sua politè eloqui p[ro]p[ter]e-  
sit, & quem rerum custos memori qui i-  
non deserat, turpiterque deficiat, q[ui] res ob-  
que præmeditatam concionem è filio e-  
tibus haustum, illustribusque loquacitati-  
ptoribus sumptam priusquam populo expe-  
lo explicet, D E I Opt. Max. tanquam turquo-  
sigillo curet obsignandam: quo fit et  
vim & authoritatem maiorem habere  
possit oratio. Nam concionari accu-  
quasi parturienti lacrymis, precib[us] saque  
verberibus diuinum est auxilium in conte-  
plorandum: illeque inuocandus sum c[on]fite-  
ritus, sine cuius afflatu omnino oratione  
sumus, vocisque sonos inanes fundimem-  
mus. Cauere enim concionator[um] bere-  
bet, ne filios Euangelica prædicatio facer-  
ne procreat vitæ languidioris quia diuin-  
somnus extinguat, id quod S. Gregorius  
in his verbis ostendit: *Mulier, in conci-  
onat ille, quæ vigilans filium nutriri te pe-  
dormiendo permit, ita prædicator ma-  
ter errando doctrina educat, moribus occidit.* Est etiam  
iam concionatoris, cæteroquin en[ti] quos

*In mora-  
bus.*

& inuiditi exagitanda pigritia. Nihil enim  
atis vñ proficimus, nisi rebus, & sententiis  
qui pectus ante complemus, à quibus  
nem qui imparatus concionatur, & au-  
ficiat, res obtundit, & nihil persuadet. Ab  
enim illo enim qui sine studio & præme-  
que scitatione loquitur, quid nisi vóces  
in populo expectemus & verba? Laboret igit  
tanquam turqui se aliorum doctorem esse pro-  
: quo fitetur, libros euoluat, cum sacris in-  
em habet pretibus pernoctet, concionem  
cionata accuratissimam, id est solida, fructuo-  
precibusque doctrina refertam apparet,  
ium in contextat, meditetur, & ad colloqui-  
dus spum diuinum recurrat identidem: si  
nino orationem non in aures infundere,  
es fund sed in hominum animos cupit inscri-  
matorbere. Perge mi Francisce quæ facis  
edicare facere, lectionemque assiduam cum  
bris quæ diuinorum rerum contemplatione  
. Greg coniunge, neque enim erudita solum  
ulier, concione, sed multò etiam magis vi-  
ntricemta perfectione illorum refutandus est  
tor ma error, qui concionandi munus ardu-  
. Est c um, atque difficile more gigantum,  
uin er quos perhibent montes montibus  
din

R 5 impo-

imponentes ad cœlum peruenire  
posse credidisse , chartis hinc in  
congestis & coaceruatis , morib.  
non ita Angelicis obire se posse  
fidunt . Vale , & Commentatis  
Iustrati diui Ioannis Euangelij op.  
illud vrge , cuius in summam expe-  
tionem adducti iam sumus .

**C V I D A M N O V O C O N C I O-**  
natori.

*De profanis scriptoribus parcè è s-  
gesto nominandis.*

**H**O M I N I B V S prodesse te stum-  
conciones istæ declarant; riariu-  
næ de his rebus , quas vbiq; consi-  
legis atque inuenis; iuris enim , legi lius  
antiquitatis , historiæ , literarum deba-  
maniorum peritum te esse demo temp-  
stras , multaq; & varia coaceruas . teria  
Iud autem prædicandæ modestia euer-  
dicium est , quòd me rerū istiusm clytu-  
rudem in consilium adhibere non stor-  
bitas : ego verò dummodo tibi o & lit-  
quar , meā potiùs prudentiam quā lom-  
ficium desideraris inam . Sunt au-

quæ de profanis scriptoribus rogas  
pro concione testandis dictu procli-  
viora, quām factu. Difficile est enim  
posse tacere quod scias, & vocē quasi erum-  
pentem continere. Præsertim cū  
concionatori non modò diuinās lite-  
ras, sed illas etiam, quæ ab humanitate  
nomen acceperunt, cognitas esse de-  
bere, alibi sit à nobis disputatum. Cu-  
ius rei veritatem nuptiæ illæ compro-  
bant cum captiua muliere, quæ mu-  
lier, vti S. Hieronymus interpretatur,  
illorum scriptorū lectio est, qui Chri-  
stum nescierunt. Dauidemq; ex va-  
riarum gentium spoliis illa apparasse  
as vbiq; constat, quæ ad magnificissimi il-  
lū templi fabricam necessaria vi-  
rarum debantur. Columnas quidem, &  
templi vasa non ex alia extitisse ma-  
terias scimus, quām ex ære, quod ex  
eversis Adarezeri vrbibus Dauid in-  
situus clytus collegisset. Quæ diuini libri hi-  
storiarum facile persuadent gentiū libris,  
& literis Ecclesiæ doctores, quos Sa-  
lomonij templi columnæ adumbra-  
bant, instrui cōmodè posse, conciona-  
torem-

Deuter. 21.

In epistola  
ad Pam-  
machium  
de obitu  
Pauline.

Reguna 2.  
cap. 8.  
De hac re  
vnde s.  
August.  
lib. 2. de da-  
rina Chri-  
stiana, c. 11.

cōremque his studiis non mediocri  
erudiri. Enim vero nisi ista sāpēcō  
cionator reticet, seque reprimit, ac  
frenat interdum, cōcionis leges, &  
ra violet, suæque dignitatis vider  
oblitus'. Antisthenem audito &c

*Quam mo-  
deratè, &  
cautè tra-  
etare opor-  
tet bonas &  
liberales,  
disciplinas,  
D.Bernar-  
dus nos lu-  
culenter do-  
cet sermone  
36. Super  
Canti.*

nito Socrate Rheticam reliqu  
accepimus, quam gloriose docu  
hisque verbis discipulos dimisi  
quærite magistrum, ego iam re  
mihiique post tenebras lucem vid  
adipisci. Nihil est mi pater quōd  
topere de philosophis, oratorib  
tisque labores: qui Prophetas, Apo  
los, Euangeliūque pertractas'. N  
patiar ista te ex pristina satieta  
Etare. Nam concionis regiones n  
tantum res ipsa sacra, diuina, mira  
lis, sed etiam doctorum hominū  
consuetudo terminauit. Ergo tu  
finibus contine, nec te Hieroglyp  
corum sacrum nomen, & grande p  
moueat. Platonem, Aristotelem,  
tarchum, Senecam interdum app  
re licet, eorumque testimoniis, si re  
si tempestiuè, si scitè, causam, & q  
stionem

edioct  
sæpèo  
imit, ac  
eges, &  
s vide  
ito &c  
reliq  
docuc  
dimiss  
am rep  
cietate  
ones n  
a, mira  
ominu  
rgo tu  
roglyp  
andep  
elem, i  
n appa  
n, & q  
stionem, qua de agitur, communire  
permisum est: Poëtas nisi poscat ne-  
cessitas, sitq; in testificando magna le-  
piditas, proferre non decet. Quòd si  
ex istiusmodi scriptis, leuioribusque  
studii promendum aliquid erit, vo-  
cem & orationem ita moderari debet  
orator, vt vel ex ipso gestu qualis scri-  
ptoris sit, intelligi possit. Itaque infimæ  
classis authores nominandi modus il-  
le mihi non displicet, vt est apud Poë-  
tam nescio quem, hæc ita sunt aperta,  
vtne Ouidium quidem latere potue-  
rint, vos vel Horatio teste conuincam,  
non semper Terentius insanit, cuius  
illa mihi usurpanda sententia est, ex  
quo illi mali animi non mali versus:  
negat Tullius, cui haberi fides infideli  
potest, vt enim vos non vobis vellera-  
fertis oues, ita prisci illi sapientes non  
sibi, sed nobis profuerunt: canit Ver-  
gilius, in quem illa conueniunt, ex  
ore tuo te iudico serue nequam. Hi-  
storiæ dignitas maior est, eamq; Chri-  
stianus orator paulo saepius exponit,  
rei vel commodiùs differendæ causa,  
vel

LUCA 19.

vel vehementius amplificandæ. Si cōmē  
enim tale inciderit, quale de Athē pietat  
ensium rege Codro scribitur, quā Lucid  
medios immisit hostes famulari ueste, moria-

*verba Tui posset agnoscī, si esset ornatū regio, quā, c  
lē ex 1. Thraculum erat datum, si rex interficeret h  
scul.*

*Ioannis  
c. 11*

victrices Athenas fore, ingratum autem vni  
toribus certè non erit illo præseruit gredī  
die, quo Ecclesia mater Euangeliū cum C  
nit, ubi illud est Caiphæ, expedit, ut per  
vnus homo moriatur pro populo, etiam ad  
tota gens pereat, quæ tamen Ethnici p  
rum exempla dēfāre non licet, quod dīcu  
doquidem nihil est, quod non dī Episco  
næ literæ doceant, sanctorum vestigia  
demonstrēnt, ex grauissimis autem, ar  
ribus sumptæ, Ecclesiastica historiæ multij  
complectatur doctissimorum iugum,  
cio comprobata, ab illisque perturbati  
ta, qui in ea colligenda se minimè Rau  
nauos præbuerunt. In historiis salam  
tem populo explicandis illud spectum a  
dum est, ut pietati, religioni, virtutē fortē  
maximè faueatur, nostræq; ætatis ma  
iores atq; hæreses explodātur. Quod populu  
do enim verbi causa in historicis leti

comm.

dæ. Si cōmemorabilem illam Mutinensium  
e Athē pietatem , quam Romano Pontifici  
ar, q̄d Lucio III. præstiterunt, trade me-  
veste, moriæ, tuisque eam auditoribus nar-  
egio, quia, cum res ipsa deposcet: historia,  
perficeris habet. Ceterū tumultuantibus  
um aut urbe Romanis, Lucius tandem Latio  
ræseruq; greditatuit, ac Concilio Veronam indicto  
ngeliū cum Cardinalibus plerisq; eo iter institu-  
expedit, per Etruriam transiens Lucam patri-  
lo, & an adiit, atque ibi basilicam Sancti Mar-  
Ethnici plurimis priuilegiis honestauit. Inde  
cer, quo dū Idus venit Bononiā, ibi Ioannis  
non d Episcopi rogatu basilicam Sancti Petri, que  
rum restaurata ex incendio fuerat, consecra-  
tis autem, atque aram maximam aureo ſtagulo,  
histom multisq; sanctis reliquiis insignitam reli-  
cum iuquit, Mutina inde quarto Idus progressus  
e peregridie precibus Gerardi Archiepiscopi  
Ravenatis, & Ardicionis Episcopi, & con-  
ſtorii ſulum Mutinensium, & fæderis moderato-  
d spectaculū adductus basilicam S. Geminiani ea  
ni, vii fortè tempestate perfectam magna ceremo-  
natiſcia dedicauit, ac corpore ipsius confessoris  
r. Qua populo id in primis cupienti oſtenſo in per-  
picilis petuum quadragenariam peccatorum re-  
commiſionem

*Ex Caroli  
Sionij lib.  
15. de regno  
Italia.*

missionem iis, qui noxiis suis expiatis ne  
illius natalitia coluisse, indulxit, post paci  
sub lucem ciuitati salutem, atq; incre  
tum à Deo precatus urbe exiit, & a scer  
mille circiter passus esset progressus, nos  
adhuc non senserat, in usitato se comita  
patum animaduertit, erant autem  
num amplius duo millia, quæ honor  
pietatis gratia ipsum ab urbe pedibus  
sequuta, cum accensis cereis præcedet  
Itaq; ad eos conuersus his verbis dicit  
Gratias agimus vobis de honore,  
nobis tam insignem adhibuistis,  
gnans eos addidit: benedicta sit te  
quam incolitis, & benedicti vos, &  
steri vestri, in perpetuum, cuius re  
numento Mutinenses tabulam in pa  
basilicæ in forum vergente hanc histoi  
continentem, ut nunc quoque est, posse  
Annales verò, quibus nostra His  
pania narratur historia, eò libentius  
scet orator, concionatorq; Hispani  
quod animos vehementer accende  
quæ sunt domestica, quæ propria  
stræ gentis, quæ nostra quodammodo  
Marcus Tullius omnia memoria

Hæ Sigmo  
nius.

Graues il  
los & inu  
statos, &  
à Medicis  
desperatos  
Philippus  
Iustiniani  
fratris no  
stris morbos,  
quos sex

nebat Romanorum suorum belli & annorum  
 pacis exempla , quibus ad auditores, spatio pari-  
 indicesq; permouendos cùm respo- entissime  
 sceret, vtebatur: quæ si concionator constanti-  
 noster efficeret illo in die, quo Crucis simiq;  
 triumphus celebratur , régumque & pertulerat,  
 maximorum ducum , quibus Hispania proximè & summi Pô-  
 eiusque Apostolum Iacobum salu- tificis Sixti  
 tem refert acceptam, historias oppor- V.benedi-  
 tuinas afferret , auditoribus quidem, zio, cruxq;  
 eset non modò iucundus, sed etiam sanavit,  
 fructuosus. Suntem libri iam mul- idaq; pri-  
 tiaccuratè scripti , vnde res Hispanas mium ita  
 discere possumus , maiorumque no- fore, & in-  
 strorum fortitudinem, duritiam viri- tra Christi  
 lem, constantiam , frugalitatem , pie- nascentis  
 tatemque cognoscere. Non ij ferias, qua  
 mus, qui nostros Hispanos ab omni per octo dies  
 culpa & scelere vindicemus, nam quo- solemini  
 rundam immanitas , hostis vlciscendi gratula-  
 libido, Christianisq; moribus indignæ tione ma-  
 prouocationes, duellorū & crèbritas, ter Ecclesia  
 & licentia probari mihi non potest, futurum  
 multoq; minus clandestina cum reli- esse pradi-  
 gionis hoste colloquia , percussum xerat, neq;  
 S cum Iustinia-  
 num aut  
 res fecellit,  
 aut tem-  
 pus, nam  
 calendis  
 Ianuarij,  
 anni 1589.  
 cùm ad  
 Pontificem  
 se deferri

perisset,  
summi an-  
tistitis cle-  
mentiam  
appellasset,  
manu pom-  
tis sex cru-  
cem de mo-  
re confor-  
masset, sa-  
lutaris il-  
luis signi  
Gamillico  
sensit, dsui-  
nitusque  
conualuit.  
Huius au-  
tem insi-  
gnis, illus-  
trisque  
miraculi  
testis est.

Roma.

cum Mahumetanis foedus ad priu[m]iae, H  
inimicitias, vel cum patrię gentil[em] testa i[ps]o  
teritu persequēdas, regi insidias co[n]fiantu  
parandas, qui etiam barbaris solete cam n  
facrosanctus. Sed innumerabilium proue  
xima decora pauculorū maculā de quām  
uerunt. Quid enim apud maiores luxuri  
stros (quosdam excipio perfida Hispania  
proditionis amantes, quorū ex ne[re] prope  
tia reliquorum virtus enituit) q[uod] uniuersitatis  
inquam non graue, pium, modicu  
stum, forte, magnanimum, immensissimum  
talitatiq[ue] ipsi consecrandum? q[uod] citate  
non sanctum, & ex religiosa quadam pro  
disciplina profectum? Hoc vido tumq[ue]  
celebres, hoc crebra miracula, tentissimi  
regni oppressi libertas, hoc Ma[ri]a tumq[ue]  
rum, qui Hispania potiti erant, vel stros in  
pulsio, vel seruitus, hoc illustres tri[um] inimici  
phi, hoc trophea, hoc templa, tam circu  
gnifica, tam sancta, tam reserta, tam disci  
multa, hoc sacrorum maiestas, operato  
syncera religio, hoc Pontificum stanam  
gnitas, hoc ampla Ecclesiis attributa sig  
predia, hoc sacerdotum splendor, Gallia  
clarissimae yrbes, hoc insignes Aca  
Mauri

l priu[m]a, hoc regni species, hoc denique  
ntisq[ue] reta ipsa significant, declarant, testi-  
lias co[n]fiscantur, & prædicant. Ut enim publi-  
solete tam magnificentiam proaui nostri  
biliū prouetherent, à priuata luxuria se se-  
ulā d[icit] quām longissimē remouerunt. Quæ  
iores luxuries nostra in ætate tam malè de-  
rfidiz Hispanis rebus merita est, vt ea nos  
ex ne prope vna perdiderit. Nam epulæ, cō-  
uit, q[uod] vivia, vestium elegantia, sumptus im-  
modici, alearum usus multò pernicio-  
immisimus, hominumq[ue] non modò ex-  
m[od]i ciuitatæ fortunæ, sed infimæ etiam for-  
a quadris prodiga, & profusa vita, nummo-  
c viærumque iactatio florentissimi & po-  
cula, tentissimi regni vires eneruauit. Tan-  
c Manumq[ue] inter nos, maioresque no-  
nt, vel s[ic]ros interest, vt cum patriam illi ab  
restri inimicis oppressam, cinctam vndique  
, tam circumscripatamque periculis milita-  
rta, utri disciplina, bellantium copiis, & im-  
peratorum virtute in libertatem pri-  
ficium suam vindicarint, in Affricam vi[ct]ri-  
tribu[c]ia signa intulerint, Narbonensem  
Galliam summa cum laude tenuerint,  
es Aca Mauritaniæ vrbes nō paucas sub suam

S 2 ditio-

ditionem subiunxerint: satis prad  
diu T  
rè nobiscum agi arbitremur, si be  
pulti  
lum refutare possimus illatum. M  
Sed h  
lities enim, quæ in auitæ illius fortis  
absint  
dinis locum, sedemq; inuasit, &  
rum t  
strorum hominum vires frègit,  
licebi  
nummos, qui sunt belli subsidia,  
guis i  
sipauit. Sunt ergo ab oratore, qui  
bus e  
thoritate valeat, cuius non modò  
tur e  
put, sed ipsa etià canescat oratio,  
fecer  
iorum cœnæ sobrietatis & conti  
Dea  
tiæ plenæ cùm id ipsa feret occa  
commemorandæ, laudanda parfin  
nia, & in victu, ac cultu singularis  
moderatio prædicanda. Nec verò  
bitur mirabilis illa religio, cuius  
antiqui Hispani & hostes reiicere  
amissas vrbes recipere potuerunt.  
ua exempla, in quibus mirabile  
que p  
est, & ad pietatem excitādam acco  
spon  
modatum, tacere non debet o  
que f  
cionator. Itaque de cruce, quæ in  
ligo,  
dia sacerdote rem diuinam facie  
mun  
sanguine redundauit, in feriis  
garia  
Thomæ Apostoli narranda pop  
da.

*Hierony  
mus Oſō  
rius libro  
s.derebus*

diui Thomæ in ea vrbe & occisi & se-  
pulti laudem, gloriāmq; pertineat.  
Sed hæc rara rarò dicantur, quæ et si  
absint, auditor non requirit. Profano-  
rum testimoniis per me supersedere  
licebit, concionis quasi succus & san-  
guis in Scriptura, inq; sacris doctori-  
bus est. Hæc qui habeat, concionabi-  
tur egregiè, neque si versiculos missos  
fecerit, grauiter ille peccauerit.

## E I D E M,

*De auditoribus à concionatore docendis,  
de ē voce doctrinæ accom-  
modanda.*

**R**ESTA T pars altera dubita-  
tionis tuæ, quæ mihi videtur  
esse difficilis, suum enim cui-  
que pulchrum est, sequar tamen in re-  
spondendo quod ab optimis quibus-  
que fieri video, quodq; malle te intel-  
ligo, id enim puto esse cōmodius. Pri-  
mum exordia nec longa sint, nec vul-  
garia, nec à suscepta quæstione disiun-  
cta. Nam (vt ait Seneca) magna elo- Declama-  
tio. lib. 10.

S 3 quen-

quentia opus est, vt in dicendi initio  
placeamus. Exordia hic dicimus, quae  
salutationem Virginis antecedunt.  
Quæ tu nunquam prætermittis, quae  
omittenda non sunt his præsertim  
iamitosis temporibus, quibus erit  
Dei parentem pietas ab insanissimis  
hæreticis oppugnatur. Frustra tan  
nam veritas vincit, & valet. Cùm  
tem Euangelij verba exposita,  
explanata breuiter erunt, vel vna  
duntaxat rem & sententiam prem  
atque urget orator, vel Euangelium  
omne percurret. Vtraq; in vsu esti  
tio concionandi: me tamen iudica  
vna potius parte consistet, quam o  
nes vellicabitur. Etenim tum mirab  
ter augetur, & crescit oratio, cùm  
vna tractatur. Ipsique auditores  
agrè illa obliuisci possunt, quæ bi  
nis sint & argumentis, & lateribus  
agitata. Quare ut rem vnam discut  
ac disputes, moneo, rationes anima  
ueras, argumenta perpendas, sacra  
Scripturæ testimonia colligas, vno  
omnis concionandi & utilitas existat  
& veritas.

& veritas : persuadendi loca omnia  
perquiras , omnemque industriam .  
conferas ad Christiani populi mores  
corrigendos'. Sanctorum patrum le-  
ctione & eruditior fies & melior,  
bus pulcræ aptæque similitudines do-  
cent, delectant, & mouent. Perspi-  
cuitate & ordine nil est in dicendo  
commodius'. Quæ enim explanatè,  
quæque distinctè à concionatore di-  
cuntur, nemo est tam excors, quin  
intelligat. Committere nunquam  
debet bonus concionator, vt ex tem-  
pore dicere quamuis re vera dicat , vi-  
deatur.. Quidam enim vel ingenio  
freti, vel ipsa authoritate ac fama con-  
fisi à libris recedunt, neque satis diu  
quæ sunt loquunturi, præmeditantur.,  
ac præudent: ex quo euenit, vt audi-  
tores, quorum multi docti sunt, & sapi-  
entes, quid concionator dicat, intelli-  
gant, minimè tamen quorsum illa spe-  
cient, scire queant. Nulla enim rerū  
connexio est, ordo nullus, sed magna  
confusio. Quo vitio laborare quosdam  
